VARIAE LECTIONES IN SCHOLIIS ARISTOPHANEIS LATENTES.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
GRYPHISVALDENSI
AD SUMMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XIV. MENSIS MAII
H. XII
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

O. LANGE
POMERANUS.

ADVERSARII ERUNT
F. BORCHARDT, CAND. PHIL.
F. HENSEL, CAND. PHIL.
A. KRUEGER, CAND. HIST.

GRYPHISWALDIAE.
TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, ACAD. TYPOGR.
MDCCCLXXII.

VIRO ILLUSTRISSIMO

SENATORI SPALDING

A COMMERCII CONSILIIS, CONSULI SUECIAE,

FAUTORI SUMMOPERE VENERANDO

HUNC LIBELLUM

GRATUM ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

Si iure ac merito mirum videri potest, nunc demum paucos abhinc annos initium esse factum, codices Aristophaneos ea diligentia conferendi, quam artis criticae qui est nostris temporibus status atque in dies maior progressus postulet, non minus equidem miror, quod ex iis quoque fontibus emendationis, quos scholia praebent, a viris doctis adhuc magis delibatum, quam haustum esse video. Nam etsi eas varias lectiones, quas lemmata scholiorum exhibent, editores satis diligenter enotarunt, tamen pauci earum, quae in explicationibus insunt, lectionum plus, quam quod unicuique primo obtutu sese offert, detexerunt et ad emendandum poetam contulerunt. Itaque operae pretium facturus mihi visus sum, si numerum *earum lectionum discrepantium a textu codicum aut ab ipso scholii lemmate, quae in explicationibus latent*, colligere conarer.

Quid enim inde ad textum constituendum redundet utilitatis, in aperto est, quoniam scholiorum permagna pars talis fere, qnalem nunc legimus, ad quartum quintumve p. Chr. saeculum revocari potest, multa etiam ab Alexandrinis derivata esse constat.

Codices autem antiquissimi, Ravennas et Venetus, undecimo et insequenti saeculo scripti sunt nec verisimile videtur, illos unde descripti sunt libros pari vetustate atque illa ὑπο-

μνήματα et ἐκλογὰς Symmachi et Phaini fuisse. Itaque quamvis vetustam recensionem credamus ultimum horum codicum fontem fuisse, cum facilius fieri potuerit, ut codicum singulae scripturae sensim depravarentur, quam ut totae explicationes, quae ad certam quandam lectionem pertinebant, corrumperentur, id quidem in universum certum debet videri, vetustate omnes quae in antiquorum scholiorum explicationibus latent varias lectiones prae codicum scripturis commendari. Itemque lemmatum pauca verba facilius corruptelae obnoxia fuerunt, quam copiosiores et sententiarum vinculo cohaerentes explicationes. — Maximi autem pretii illas lectiones esse, quas in codicum R. et V. explicationibus deprehenderis, naturae consentaneum est, quoniam hi libri ante Tzetzarum Moschopulorum Tricliniorum aetatem scripti adnotationibus infimi aevi Byzantinorum carent. Alter ex iis Dindorfio iudice nihil habere videtur, quod infra quartum quintumve saeculum cadat, in altero autem, qui scholia antiqua longe, quam Ravennas habet ampliora, — ita ut ex eo demum multae Ravennatis scripturae aut lucem accipiant aut emendationem — perpauca recentiora admixta sunt. Sed ne ceterorum quidem librorum scholia negligenda sunt, inter quos Θ Laurentianus, saec. XIV, multas et antiquas et bonas adnotationes vel solus praebet, in quo quae insunt infimi temporis, facile a vetustis dinoscuntur; Mediolanensis, XIII – XIV saeculi, multas saltem antiquiores adnotationes cum Ravennate et Veneto communes habet. Non eadem est ratio codicis Γ. Laurentiani saeculi XIV, qui lacunosus et corruptus in scholiis neque usquam ullius auctoritatis est, nisi ubi cum Ravennate et Veneto consentit. Quod etiam magis in ceteros libros cadit, qui eiusdem vel etiam inferioris temporis sunt scholiorumque parva fragmenta exhibent, velut Vossianum Leydensem, Baroccianum 38, vel in glossemata Parisinorum et Britannicorum codicum, quibus paene nulla auctoritas inest.

Iam igitur in aestimandis scholiorum lectionibus hanc re-

gulam observandam esse elucet: quae R. et V. vel alteruter altero tacente in explicationibus habent a textu discrepantia, ea, si nihil aliud impedimento est, in textum recipere licet; ubi inter se dissentiunt R. et V., Ravennati, nisi suspicio mutilati aut corrupti contextus adest, plus, quam Veneto tribuendum est; quae vero ceteri codices soli praebent, ea non prius probanda sunt, quam demonstratum sit, temporis ea esse antiquioris atque aliis quoque nominibus lectioni codicum aut scholiastarum Ravennatis et Veneti praestare.

Quaestionem de metricorum scholiorum aetate jam instituerunt Karolus Thiemann et Otto Hense, ille in eo, quem de „Colometria Heliodorea“ conscripsit, libello (Halis 1869 edito), hic in „Quaestionibus Heliodoreis“ (quae Lipsiae 1870 prodierunt). Quorum hominum opera, qua a recentioribus scholiis antiqua separata exstant, factum est, ut recentiora metrica scholia excutiendi munere supersedere possem, quoniam non facile quisquam me vituperabit, si eorum scholiorum nullam rationem habuerim, quibus non solum recentior aetas, sed etiam ignorantia rei metricae fidem plane detrahat. — Cetera vero omnia perlustravi, quaeque inveni ad propositum meum pertinentia, jam haec fere sunt:

Acharnenses.

(Scholia praebent R. Γ.)

v. 127 [1]). οὐδέποτ' ἴσχει θύρα R. οὐδέποτε γ' ἴσχ ἡ θύρα A. B. Ald. οὐδέποτ' ἴσχ' ἡ θύρα C. P. Γ. — Suidas: οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα.

---

1) Numerus versuum idem est atque in Poet. Sc. Gr. editione quinta a Dindorfio parata.

lemmatis loco (etiamsi non ita significavit Dübner) in Γ[1]): οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα legitur eandemque scripturam sequitur, qui Eupolidis versum affert: νὴ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα. (Correxit Elmsley hic sicut in lemmate γ' ἡ θύρα.) Deinde vero is, cuius nota: οὐδέποτε ἐκώλυσεν ἢ ἀπέκλεισεν praeposito ἄλλως addita est, cum in paraphrasi aoristo utatur, non quod lemma exhibet, ante oculos habuit, sed quod pars codicum praebet: οὐδέποτ' ἴσχ' ἡ θύρα.

v. 301. ἐγὼ κατατεμῶ libri omnes et Suid. in v. κάττυμα.

lemma in R: ὃν ἐγὼ κατατεμῶ.

Explicatio in Γ haec inest: ἐνταῦθα πάλιν περιττεύει τὸ ποτὲ διὰ τὴν μετροποιίαν καὶ ἔτι πρὸς τὴν ἐξήγησιν. οὐ ποτὲ τέμνει (corrige τεμεῖ) τὸν Κλέωνα 'Αριστοφάνης, ἀλλ' ἀεί.

Repetit verba poetae scholiasta per simplex verbum τέμνειν, non per compositum κατατέμνειν, quamquam exspectaveris, praepositionem κατὰ in explicatione potius addi, quam omitti debuisse, quoniam verbi κατατέμνειν sensus multo praegnantior et significantior est. Itaque in libris suis τεμῶ, non κατατεμῶ invenisse videtur scholiasta. Quod si verum est, nescio an melius hoc vestigium persequentes ad metrum restituendum cum Meinekio ἐγὼ τεμῶ scribamus, quam cum aliis ἐγὼ delentes κατατεμῶ retineamus.

v. 339. ἀλλὰ νῦν λέγ' εἴ σοι δοκεῖ (εἴ τοί σοι δοκεῖ R.) τόν τε (quod om. R.) Λακεδαιμόνιον αὐτὸν ὅτι (ὅ, τι Ald. Iunt.) τῷ τρόπῳ σοὔ'στι (vel σοὐστὶ alii) φίλον (R.: φίλος).

Schol. R. cett. lemma: ὅτι τῷ τρόπῳ σοῦ 'στιν: ἀντὶ τοῦ εἰπὲ

1) Si scholium quod affero in R. et V. libris aut in alterutro eorum egitur, semper id per R. V. aut per R. vel V. in initio indicabo, quae significatio ubi deest, abesse illud scholium ab his libris intelligendum est.

καὶ ὅτῳ τρόπῳ ὁ Λακεδαιμόνιός ἐστί σοι φίλος. — ἢ οὕτως· εἰπὲ τί σου τῷ τρόπῳ φίλον ἐστὶ περὶ τῶν Λακεδαιμονίων.

Diversis explicationibus diversas scripturas subesse patet, quarum altera, ad quam secundum scholium spectat, sine dubio eadem fuit, quae plurimorum codicum. — Prior autem interpres quid legerit, in dubio est. Engerus ante oculos eum habuisse putat: *τόν τε Λακεδαιμόνιον αὐτὸν ὅτι τῳ τρόπῳ σοὐστὶ φίλος* atque haec in textum reposuit. Sed primum cum scholiastae verbis non convenit: *ὅτι τῳ τρόπῳ*. Nam inter *εἰπὲ ὅτῳ τρόπῳ σοὐστὶ φίλος* (Schol.) et *εἰπὲ ὅτι τῳ τρόπῳ* multum interest. Certum igitur videtur, scholiastam potius simile aliquid atque *ὅτῳ τρόπῳ*, velut *τῷ* vel *τίνι τρόπῳ, ποίῳ τρόπῳ* quodve Blaydesius coniecit: *ὁποίῳ τρόπῳ* legisse. — Deinde quod Engerus putat, *καὶ* illud in scholio particulae *τε* in textu respondere, errare mihi videtur. Nam si *τε* post *τὸν* in exemplis suis invenisset, ineptum erat scribere *εἰπὲ καὶ ὅτῳ τρ.*; facilius igitur credas, ante *ὅτῳ* vel quidquid ibi habuit, coniunctionem *τε* vel *καὶ*, fortasse simul etiam post *τὸν* ei esse oblatam. Sed cum aliis quoque in lectionibus huius loci hoc scholium cum Ravennate faciat, hic quoque, ut ab illo *τε* abest, sic in eo, quem ipse adhibuerit, particulam omissam fuisse verisimilius est. Quo enim *καὶ* illud spectet, facile est intellectu, nempe ad *αὐτὸν*, quocum in significatione „sogar“ convenit. — Ceterum totus hic locus corruptior est, quam de quo emendando ego certius aliquid possim iudicare.

v. 461. *οὔπω μὰ Δί' οἶσϑ' οἷ' αὐτὸς ἐργάζει κακά.* Codd.

Schol. Γ: *οὔπω μὰ Δί': οἷον οὐκ οἶδα, ὅπως βαρύς εἶ ἐν τοῖς δράμασιν καὶ ἀποκναίεις τοὺς ϑεατάς.*

Cum non inveniam, cur alioqui scholiasta personam mutaverit, sequitur, eum *οἶδ'*, non *οἶσϑ'* legisse.

Alterum schol. in Γ.: *οἷ' αὐτὸς ἐργάζει κακά: ἐργάσῃ κακῶς σαυτὸν χαριζόμενός μοι ταῦτα.*

Deinde in R.: λείπει τὸ μὴ δούς.

In hoc scholio ἐργάσει lectionem latere crediderim, non modo quod in interpretando futuro scholiasta utitur, sed quia locum ita explicat, ut futurum paene solum videatur aptum. Ravennatis quoque λείπει τὸ μὴ δοὺς multo aptius ad ἐργάσει futurum, quam ad praesens ἐργάζει pertinere puto, quod si legisset, potius διδοὺς (praesens), quam δοὺς (tempus exactum) adhibuisset.

v. 581. ἰλιγγιῶ Codd. (B.: ἠλιγγιῶ) Suid: εἰλιγγιῶ.

Schol. B. Γ: ἰλιγγιῶ: σκοτοδινιῶ καὶ ὑπὸ τῆς γαστρὸς συνέχομαι, τοῦτο δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι εἰλεὸν λέγουσιν.

Ex εἰλεὸν perspicuum fit, εἰλιγγιῶ a scholiasta explicari.

v. 758. τί δ' ἄλλο Codd. ex quibus A. B. totum versum Dicaeopolidi tribuunt, ceteri τί δ' ἄλλο continuant Megarensi.

Schol. R. Γ. ad v. 757: σαμὰν δὲ ἀντὶ τοῦ τί μὴν. τί γὰρ ἄλλο καταλείπεται ἢ τοῦτο; — τοῦτο sine dubio ad v. 756 spectat: ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα. Quod si verum est, nemo alius quam Megarensis dicere potuit: quidnam aliud faciamus, quam interire? Itaque schol. verba τί δ' ἄλλο Megarensi cum plerisque libris tribuisse videtur. Sed ne τί δ' ἄλλο quidem, sed τί γὰρ ἄλλο eum legisse puto, non solum quia hac particula in interpretando utitur, sed quia Megarensis sententiam suam probare simulque Dicaeopolidem refutare studens aptius τί γὰρ ἄλλο; quam τί δ' ἄλλο, dicere videtur.

778. σιγῆς. R. A. B. C. P. Δ.

Schol. R. etc.: σιγᾶς: λεληθότως πρὸς τὰ χοιρίδια τὸ οὐ χρῆσθα σιγᾶν. In R. solo: τουτέστι φθέγξαι. Articulus τὸ argumento est, ipsa poetae verba a scholiasta afferri, post quae non signum interrogationis, sed punctum fuisse cogitandum est.

Idem legit, qui explicat: *τοὐτεστι φθέγξαι*, quoniam *οὐ χρῆσθαι σιγᾶν* „non debes silere“ et *φθέγξαι* eodem redeunt.

v. 833. *πολυπραγμοσύνης* vulgo. *πολυπραγμοσύνη* R.

Schol. R. cett. *πολυπραγμοσύνῃσιν: λείπει τὸ ἕνεκα, ἵνα ᾖ ἕνεκα τῆς πολυπραγμοσύνης, ὁ δὲ λόγος· ἀλλὰ τὸ χαίρειν ἔλθοι εἰς τὴν κεφαλήν μου, ὅτι πολυπραγμονῶ εἰπών σοι χαίρειν.* Inde intellegimus, etiam in R. scholiastam legisse *πολυπραγμοσύνης*, quod si defendit Boissonade, recte fecit, cum apto sensui (videlicet si *πολυπρ.* genitivum exclamationis esse statuimus) auctoritas vetustatis accedat. — Lemma *πολυπραγμοσύνῃσιν* sine dubio ex *πολυπραγμοσύνης νῦν* corruptum est.

μοι vel *ἐμοὶ* Codd.

Sed scholiasta cum habeat in interpretatione *εἰς τὴν κεφαλήν μου*, genitivum etiam in libris suis invenisse credendus est, quoniam causam mutandi non habuit.

v. 966. Codd. hunc versum praebent:

οὐκ ἂν μὰ Δί' εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα

Schol. R. etc.: *οὐκ ἂν μὰ Δί' οὐ δοίην: ὅτι ἐπὶ ὀψαρίων τέμαχος λέγεται, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τόμος οἷον τυροῦ.*

Explicatio plane a versu, qualem nunc legimus, abhorret nec in huius versus vicinia exstat, in quem recte haec adnotari potuerint. Accedit, quod etiam scholii lemma non leviter a textu dissentit. Denique ellipsis in versu nostro iusto durior inest neque eadem est huius loci ratio atque eorum, quos editores compararunt: Plut. 924, Nub. 108, Vesp. 927. Hic enim inter v. 961, ex quo vulgo *μεταδοίην* supplent et nostrum versum quattuor alii sunt interpositi, cum illic proxime verba praecedant, unde suppleri possit. Quapropter verisimile est, versum aliquem excidisse, qui a lemmatis verbis exorsus in eam sententiam esset compositus, ut Dicaeopolis ne *τέμαχος*

quidem se Lamacho esse daturum affirmaret. Deinde ut affirmationem etiam augeret, repetiverit forsitan:

οὐκ ἂν μὰ Δί', εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα.

v. 971. εἶδες ὦ εἶδες ὦ Codd.

Schol. metricus in Γ. ita versus abhinc usque ad κατεσθίειν discribit, ut ἐκ μονομέτρου καὶ τετραμέτρου δὶς κἀκ τριῶν μέτρων constare dicat. Verba eius scholiastae correxit et inter Heliodorea recepit Thiemannus, sed perverse correxit: παιωνικαὶ ἐκ μονοῤῥύθμου καὶ τετραῤῥύθμων δὶς καὶ τεσσάρων διῤῥύθμων. Recte quidem pro μέτρων in fine διῤῥύθμων scripsit, cetera vero si sequeremur, aut scriptura codicum servata tale haberemus monstrum metricum:

ἄνδρα τὸν ὑ/
πέρσοφον οἷ 'ἔχει κ. τ. λ.

quod nunquam Heliodoro imputare licet, aut, si εἶδες ὦ semel tantum cum Suida scribimus, unus paeon nobis deesset. Christius in iis, quae nuper in Annalibus Acad. Monac. anno 1871 inscripsit: „Werth der überlieferten Kolometrie in den gr. Dramen“ pag. 26 recte putat, codicum lectionem in hoc scholio magis, quam Thiemanno placuerit, servandam esse, sed quod dicit, neque duplex εἶδες ὦ, sed semel tantum, neque οἷ' ἔχει legisse scholiastam, errat. Nam δίς et ad μονομέτρου et ad τετραμέτρου referendum esse apparet, unde elucet, semel quidem tantum εἶδες ὦ in scholiastae libris fuisse, sed non defuisse οἷ 'ἔχει, ita ut talis divisio versuum evadat: εἶδες ὦ | πᾶσα πόλι τὸν φρόνιμον ἄνδρα τὸν ὑπέρσοφον, οἷ 'ἔχει | σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν, ὧν τὰ μὲν ἐν οἰκίᾳ | χρήσιμα τὰ δ' αὖ πρέπει | χλιαρὰ κατεσθίειν.

Quae sane tam concinna et apta est, ut eam in textum reponere non dubitaverim.

Equites.

(Scholia praebent R. a primo versu usque ad v. 216, V. Γ. Θ. Μ.)

v. 30. κράτιστα omnes codd.

Schol. in V.: βέλτιον.
quasi legerit κρεῖσσον vel similem comparativum. Sed cum valde dubium sit, num huic glossae tantum tribuere liceat, ut scholiastae perversum metrum imputemus, praestare puto ipsum scholium corrigere, id quod leni mutatione, si βέλτιστον scripserimus, fieri potest.

v. 284—302. Scholium metricum a Thiemanno et Hensio correctum haec habet: διπλῆ καὶ εἴσθεσις εἰς (περίοδον) κώλων ιθ' τροχαϊκῶν, ὧν τὰ μὲν ιέ ἀμοιβαῖα τῶν ὑποκριτῶν δίμετρα ἀκατάληκτα, τὰ δὲ τέσσαρα (τοῦ ἑτέρου τῶν ὑποκριτῶν) ἐν-αλλὰξ ἀκατάληκτα (καὶ καταληκτα. Christius apposuit.) καὶ μήποτέ εἰσι δύο στίχοι τετράμετροι καταληκτικοί. Hensium non intelligo contendentem, iam Heliodorum in v. 300 καὶ φανῶ σε, Porsoni coniecturam, legisse. Nam si colometriae verba sequimur, Heliodorus καί σε φανῶ τοῖς πρυτάνεσιν, quod per δίμετρον τροχαϊκὸν καταληκτικὸν explicatur, ante oculos habuit.

v. 292. ἀσκαρδαμυκτώς Γ., prima -ως, sec. -ος Δ., cett. -ος.

Schol. V. cett. ἀσκαρδάμυκτος lemma. In fine scholii: φησὶν οὖν· ἀτενὲς εἰς ἐμὲ βλέψον.

Inde nescio an possit colligi adverbium vel adverbii loco positum neutrum adiectivi, non cum lemmate adiectivi nominativum interpretem legisse.

v. 346. οἶσϑ' omnes codd. πεπονϑέναι δοκεῖς item.

Schol. V. cett. ἀλλ' οἶσϑ' ὅπερ πέπονϑας: ἀλλὰ γινώσκω, ὃ πέπονϑας ἢ οἶδα τὸ ἐπαρῶν σε. ἀλλά μοι δοκῶ συνειδέναι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν εἰς τοσοῦτον ϑράσος προελήλυϑας.

Ex explicatione apparet, non οἶσϑ' sed οἶδ' in promptu fuisse interpreti, similiter atque in versu 461 Acharnensium. — Quid porro in libris suis invenerit, utrum, quod lemma habet, πέπονϑας, an, quod codd., πεπονϑέναι δοκεῖς, certo cognosci non potest.

v. 462. ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσι τε πράγμασι δωροδόκοις ἐπ' ἄνϑεσιν ἵζων Codd. — Θ. Δ. ἄνϑεσι.

Schol. V. cett.: ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσιν: ὦ ἐπὶ πάσῃ προδοσίᾳ ἐξεταζόμενε καὶ κακίᾳ.

Recte Velsen animadvertit, explicationem cum textu non consentire. Atque ipsum textum a corruptionis suspicione non esse liberum facile intellegimus. Nam quid tandem sibi vult languidum illud et paene absurdum περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσι τε πράγμασιν, quod Aristophanis ingenio plane indignum videtur? Substituit igitur Velsen tale quid, scholiis insistens:

ὦ περὶ πάντα πανοῦργε σὺ πᾶσι
δωροδ. κ. τ. λ.

Quae coniectura vix satisfacit, nam ne de languido et plane supervacaneo σὺ, quod Velsen infert, dicam, liberius ficta nec satis ad verba scholiastae adaptata est. Equidem nego, otiosum esse illud ἐξεταζόμενε, sed in textu olim fuisse vocem, cui responderet, crediderim. Nam forma quidem scholiastae verba ἐπὶ πάσῃ προδοσίᾳ καὶ κακίᾳ et textus ἐπὶ πᾶσι πράγμασι ita inter se congruunt, ut hoc per illud explicare voluisse scholiastam sit apertum. Itaque cum nihil aliud relinquatur, in περὶ πάντ' illud, cui ἐξεταζόμενε respondeat, inesse credendum est, si quidem in περίφαντ' mutaverimus, a περίφαντος vocabulo derivandum, quod legitur in Aiace Sophoclis v. 550. (Hoc

per se ipsum idoneum testimonium non esse, ut hoc vocabulum etiam Aristophani tribuamus, probe scio. Sed facile mihi persuadeo, Aristophanem his verbis tragicum aliquem imitari et illudere, sicut postea Simonidis verbis utitur).

Iam vero illam quoque explicationem *ἐπὶ πάσῃ προδοσίᾳ καὶ κακίᾳ* cum textu non facile conciliari posse perspicuum est. In mentem possit venire, pro *τε πράγμασι* esse scribendum *τεχνάσμασι*, quod et litteris proxime ad *τε πράγμασι* accedit neque a verbis scholiastae alienum est. Attamen cum multa alia eodem iure conicere liceat nec certo quid verum sit investigari possit, coniecturis abstineo, contendo autem, aliud utique, ac nos legamus, scholiastam ante oculos habuisse.

Corruptela unde nata sit quemque in modum progressa, certo cognosci non potest.

v. 433. *κλάειν σε μακρὰ κελεύων* Codd. *κελεύσας* R.

Schol. V. cett.: *κελεύων: φησὶ γὰρ ἧττον σου φροντίσας τῶν ἀπειλῶν ἀπελεύσομαι.*

Aoristum, quo in explicatione usus est, etiam in textu scholiasta repperisse videtur.

v. 527. *στάσεως* omnes codd. praeter M., qui *τάσεως* habet.

Schol. V. cett.: *καὶ τῆς στάσεως παρασύρων: ὡς διὰ τὸ γῆρας καὶ τὴν πολυποσίαν σκάζοντος τοῦ Κρατίνου καὶ τρέμοντος τὴν βάσιν.*

Lectionem *βάσεως* huic scholio subesse puto, cum *σκάζοντος* ad statum referri non possit, sed ad incessum.

vv. 507—550. Legimus a versu 507 usque ad v. 550 quadraginta versus; schol. metricus enumerat *μά*, in G. adeo *μβ'*. Cogitari igitur possit, excidisse unum vel duos, sed errare potius scholiastam puto. Nam etsi iam ad v. 498 vv. 504—506 enumeratione comprehensi fuerunt, tamen perfacile fieri potuit,

ut alius quis grammaticus versus 505 et 6, qui coniuncti legitimum tetrametrum efficiunt, vel secundum codicis G. scripturam v. 504 trimetrum anapaesticum denuo anapaestorum numero includeret.

v. 658. τοῖς βολίτοις Codd.

Schol. V. cett. lemma: τοῖς βολίτοις ἡττημένος. Sec. explic.: τοῖς βοϊδίοις· ἡ γὰρ τοῦ βοὸς κοιλία βόλιτον ἔχει.

Velsen cum se intellegere neget, quo spectet ἡ τοῦ βοὸς κοιλία, versum aliquem putat excidisse, in quo hanc vocem scholiasta invenisset. At id quidem minime necessarium est. Nam ἡ γὰρ τοῦ βοὸς κοιλία βόλιτον ἔχει manifesto ab eo appositum est, ut rationem redderet, cur τοῖς βολίτοις per τοῖς βοϊδίοις explicasset.

ἡττημένος Codd.

Schol. V. cett. in lemmate idem habent. Explicatio autem haec est: λέγει δὲ φαύλοις εἴδεσιν ἡττώμενος, in qua nescio an ad verbum repetat scholiasta textum, legerit igitur ἡττώμενος, non ἡττημένος. Sed incerta res est, quoniam ἡττᾶσθαι verbi etiam praesens tempus pro perfecto usurpatur, apte igitur hic quoque cum eo potuit commutari.

695. ἐνείη omnes Codd.

In V. cett. ad. v. 694 lemma: εἰ μὴ σ' ἀπολέσαιμι: οἷον διαμαρτήσαιμι, φησὶ, τῆς ἐλπίδος, εἴ τι τῶν ἐμῶν ψευσμάτων ὑποκρίναιο. — ἄλλως. εἴ τι τῶν ἐνόντων μοι ψευδῶν σώζεται καὶ μὴ ἀπολώλεκα τὸ ψεύδεσθαι. — Diversis explicationibus diversae lectiones subsunt. Atque secundae quidem auctorem elucet legisse ἔνεστι indicativum et hanc scripturam Reiskius in textum recepit. Idem vero quod λοιπῶν pro αὐτῶν posuit, non video, quid hoc sibi velit. Nam scholiasta non dicit: si quid earum quae mihi supersunt fallaciarum inest, sed: si quid

earum quae mihi insunt fallaciarum superest. Vestigia autem lectionis, quam secutus sit, in Suida inveniuntur, qui hunc versum habet: *εἰ μή σ' ἀπολέσαιμι, εἴ τι τῶν ἐμῶν Ψευσμάτων ἐνείη.* Itaque *τῶν ἐμῶν* ea lectio fuisse videtur, quam scholiasta verbis *τῶν ἐνόντων μοι* explicat. Nec quid porro scribendum sit, in dubio est; *σώζεται* enim illud praeclare aptum est, si *ἔτι* scriptum fuisse statuimus. Quocirca haec mihi legisse videtur, qui secundam explanationem scripsit:

εἴ τι τῶν ἐμῶν ἔτι
ψευδῶν ἔνεστι. —

Priorem interpretem cum Velsen non *ἐνείη*, sed *ἐφεῖο* legisse censeret, errasse mihi videtur. Nam quid tandem aliud est: *εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ ψευδῶν ἐνείη*, scilicet si *σοί* cogitatione suppleverimus, quam quod scholiasta praebet: *εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ ψευδῶν ὑποκρίναιο*, „si pares, ac mihi praesto sunt, fallacias respondeas, si fallaciis me aeques"? Invenit igitur eandem, quae hodie exstat, scripturam in libris suis:

εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ
ψευδῶν ἐνείη.

Iam quaerentibus nobis, utra lectio sit praeferenda et textui inserenda, difficilis res est diiudicatu. Nam cum temporis auctoritatem utraque parem habeat atque sensum quoque haec illa non deteriorem praebeat, rem non facile ad liquidum perducere poterimus.

v. 796. *ῥαθαπυγίζων* Codd. Suidas: *ῥοθοπυγίζων*.

Schol. V. cett.: *ῥαθαπυγίζων: τῇ πυγῇ ῥόθον ποιῶν.* Inde eandem interpretis atque Suidae lectionem fuisse manifestum est. Neque tamen mutato opus est, nam *ῥαθαπυγίζων*, utpote difficilius explicatu, in textu servandum erit.

v. 818. *διατειχίζων* Codd.

Schol. V. cett. *διασχίζων: συνάγων καὶ συστέλλων τὰ τείχη.* Explicatione lapsus calami in lemmate satis indicatur.

v. 899. κόπριος vulgo. κοπρεῖος R. κοπρίως Δ.

Schol. V. cett. lemma κόπριος: κηπουρὸς παρὰ τὴν κόπρον. ἄλλως. νῆσος τῆς Ἀττικῆς. ἢ τὸν κοπρολόγον λέγει.

Prior interpres quid sibi velit, in obscuro est. Non enim adducor, ut credam, legisse eum κηπουρός. Fortasse autem haec dicere voluit: pro κηπουρὸς, quod exspectes, Aristophanes dicit κοπρεῖος (vel κόπριος) παρὰ τὴν κόπρον, id est, annominatione usus, qua simul in κηπουρὸν tendebat. -- Altera explicatio ad lectionem Κοπρεῖος sive Κοπρεαῖος spectat.

907. ἀπὸ τοῦ Πυρρίου ἔπαιξε τὸ ὄνομα V. Velsen, cum hoc vocabulum in textu nostro non legatur, talem fere versum excidisse putat:

μὰ τοὺς θεοὺς, ἀλλ' οὑτοσί τις Πυρρίας κάκιστος. Quod tamen minime necessarium esse puto. Nam si corrigimus in scholio ἀπὸ τοῦ πυρροὶ (cf. v. 901) ἔπαιξε τὸ ὄνομα sc. Πύρρανδρον, omnia iam recte sese habent.

Nubes.

(Scholia praebent R. V. Θ. M. Cant. 1. 2. 3. Barocc. 38 etc.)

v. 145. ἅλοιτο R. V. Mutinenses 1. 3. Dorv. Cant. 1. Barocc. 121. Harl. 6. ceteri codd. ἅλλοιτο.

Schol. R. V. cett. ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο:

Post ἄλλως: τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστι· τὸ πήδημα τῆς ψύλλης διαμετρῆσαι τοῖς αὐτῆς τῆς ψύλλης ποσὶν, ὁπόσους τούτους πηδήσειεν.

Paraphrasi πηδήσειε sine dubio lectio ἅλοιτο, non ἅλλοιτο subest.

v. 392. τυννουτουί vel τυνουτουί Codd.

Schol. R. lemma: ἀπὸ γαστριδίου τυνουτουί:

Explic. schol. rec.: ποσόν . τὐννον γαρ τὸ μικρόν. Legit hic scholiasta τυννουτονί, quod videlicet calami lapsus est.

v. 750. τἀργυρίου Codd.

Schol. rec.: ἀργυρίων: οὕτως ἡ γραφὴ παρὰ Φρυνίχῳ κεῖται, ὅτι οἱ κωμικοὶ πληθυντικῶς φασιν, οἱ δὲ ῥήτορες ἑνικῶς. καὶ Σώφρων πληθυντικῶς· ἀργυρίων δεήσῃ.

Lemma huius scholii corruptum esse puto, cum Phrynichi locus et Aristophanis ita confunderentur, ut Phrynichi verba in lemma migrarent. Quae Aristophanea lectio fuerit apud scholiastam, in promptu est, τἀργυρία enim sine dubio invenit, quippe quod solum ei occasionem talis adnotationis addendae praebere potuerit.

v. 724. ὁτιὴ τί Codd.

Schol. R. V. ἀντὶ τοῦ διὰ τί. τὸ δὲ ὅτι περιττόν.

Itaque non ὁτιὴ τί sed ὅτι τι scholiasta legisse possit videri, nisi vero scholion ipsum ita corrigendum erit, ut pro ὅτι ὁτιὴ scribamus.

v. 862. τραυλίσαντι Codd.

Schol. R. V. τραυλίσαντι: ἀντὶ τοῦ ψελλίζοντι, ἄσημον φωνὴν προιέντι.

Lectio scholiastae τραυλίζοντι fuisse videtur.

v. 1181. ἀπολοῦντ' ἄρ' Codd. R. V. ἀπολοῦσ' ἄρ' vulgo.

Schol. R. V. ἀπολοῦντ' ἄρ': ζημιώσονται, ἅπερ ἀναλώσουσι (corr. ἀναλώκασιν).

Quae verba ad ἀπολοῦσι spectant, quoniam ζημιώσονται idem est, quod „perdent.“

v. 1382. ἐπέσχον Codd. παρέσχον D.

Schol. in D.: πάρεσχον: οὐ μόνον ἐπέχω τὸ κωλύω, ἀλλὰ

καὶ τὸ δίδωμι. ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι το παρέχω, τὸ δίδωμι, ἢ παρά σοι ἔχω τι, οὕτω καὶ ἐπέχω ἀντὶ τοῦ ἐπί σοι ἔχω τι. ἡ γὰρ παρὰ καὶ ἡ ἐπὶ παρασημανταί εἰσιν.

Lemma si respicimus, παρέσχον explicatur. Sed cum scholiasta dicat, οὐ μόνον ἐπέχω τὸ κωλύω, ἀλλὰ καὶ τὸ δίδωμι, mirum videtur, quo iure verbo παρέχειν notionem τοῦ κωλύειν tribuat, quam nunquam habuit. Corrigendum igitur est: ἐπέχω οὐ μόνον τὸ κωλύω ἀλλὰ καὶ τὸ δίδωμι.

Idque insequentibus verbis scholiastae confirmatur, qui cum in apodosi huius comparationis de verbo ἐπέχειν agat, manifesto non παρέσχον, sed ἐπέσχον explicat.

Vespae.

(Scholia praebent R. V. Γ.)

v. 27. δεινόν γέ πού στ' omnes codd., ποῦστ' Ald. πούστ' Iunt.

Schol. V. cett.: δεινὸν γέ που 'στ' ἄνθρωπος: τοῦτό φησιν· οἶδα ὅτι δεινὸν πρᾶγμα ἰδεῖν ἄνθρωπον ἀποβαλεῖν τὴν ἀσπίδα.

Dindorfius pro που 'στ' scripsit τοὖστ' = τοι ἐστὶ eique coniecturae favere videtur scholiastae explicatio: οἶδα ὅτι, quae naturae affirmantis particulae τοι magis convenit, quam particulae που, cui aliquid incerti inhaeret.

v. 98. υἱὸν Πυριλάμπους R. V., ceteri τὸν Πυριλ.

Schol. V. cett. ad v. 98 lemma: τὸν Πυριλάμπους.

Sed explicatio R. V. cett. ad v. 99 haec est: Πυριλάμπους δὲ υἱὸς ἦν Δῆμος ὄνομα, quae aperte indicat, scholiastam υἱὸν Πυρ. cum R. V. legisse, quoniam per δὲ particulam textus verba in explicationem introducuntur.

v. 176. *ταύτῃ γε* Codd.

Schol. V. *τῇ προφάσει.* Sed schol. G. *τὴν πρόφασιν* exhibens *ταύτην* ante oculos habuit.

v. 185. *ἀπὸ Δρασιππίδου* omnes Codd.

Schol. V. lemma: *ἀπὸ Δρασιππίδου* item. Explicatio: *πέπλακε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀποδρᾶσαι ὥσπερ ἀπὸ φυλῆς ἢ ἀπὸ γένους φάσκων.* Hinc Elmsleius coniecit scholiastae in promptu fuisse Ἀποδρασιππίδου. Sed si genitivum invenisset, de imitatione phyles nominis cogitare non potuit; contra utrumque *ἀπὸ φυλῆς* et *ἀπὸ γένους* praeclare inter se convenit, si Ἀποδρασιππίδης nominativum legit, quoniam haec forma et phyletae nomen et patronymicon esse potest. Sine dubio igitur in textum reponendum puto Ἀποδρασιππίδης.

v. 220. *ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχήρατα* vulg.
ἀρχαῖα μελησιδωνοφρυνιχήρατα B.

Schol. V. cett. lemma: *ἀρχαιομελι σιδωνοφρυνιχήρατα.* Prima explicatio: *παρὰ τὸ μέλι, ὅπερ ἐστὶν ἡδὺ καὶ τὴν Σιδῶνα καὶ τὸν Φρύνιχον καὶ τὰ ἐρατὰ ἔμιξε, οἷον ἀρχαῖα μέλη Φρυνίχου ἐρατὰ καὶ ἡδέα, καθάπερ μέλι* (Sic interpungendum!) *περιέχοντα τὸ τῆς Σιδῶνος ὄνομα.*

Cuius scholii auctor haud dubie legit:

ἀρχαῖα μελισιδωνοφρυνιχήρατα.

Quae insecuntur: *τὰ δὲ μέλη εἶπε διὰ τὴν γλυκύτητα τοῦ ποιητοῦ,* Dindorfius correxit: *τὸ δὲ μέλι εἶπε κ. τ. λ.,* ut cum praecedentibus verbis conveniant. Mihi potius addendum videtur *οὕτως*: *τὰ δὲ μέλη εἶπεν.* <*οὕτως*> *διὰ τὴν γλυκύτητα τοῦ ποιητοῦ,* quod eodem redit.

Post *ἄλλως* qui interpretatur: *πεποίηται παρὰ τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ μέλος καὶ τὸ Σιδὼν καὶ τὸ Φρύνιχος καὶ τὸ ἐρατὸν,*

usus est vulgata codicum lectione: ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχήρατα.

Quod vero addit: Ἀρίσταρχός φησι γεγενῆσθαι ἀπὸ τοῦ μέλι καὶ τοῦ Σιδῶνος καὶ Φρυνίχου καὶ τοῦ ἐρατὸν,

Aristarchi lectionem eandem atque prioris scholiastae: ἀρχαῖα μελισιδωνοφρυνιχήρατα fuisse videmus eandemque multi editores recte in textum receperunt.

v. 338. τοῦ δ' ἔφεξιν Codd.

Schol. V. cett. τοῦ δ' ἐφέξειν: γρ. ὑφέξειν. οἷον· τί ὑπισχνούμενός σοι ἐπίσχει σε ἢ τίνος χάριν. παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς ἔφεξις ἡ πρόφασις. τί προφασιζόμενος συγκλείει σε.

Explicationem non ad lemmatis, sed ad codicum lectionem pertinere manifestum est.

Lemmatis autem corruptela optime explicatur, si variam lectionem ἐφέξει (ut προφάσει pro πρόφασιν) in nonnullis libris fuisse et ex confusione formarum ἐφέξει et ἔφεξιν lectionem illam ἐφέξειν natam esse statuimus.

v. 401. κολαζόμεσθα Codd.

Schol. V. cett. ad v. 404. κολαζόμεθα δὲ ἀντὶ τοῦ κολάζομεν.

Scholiasta videtur legisse κολαζόμεθα, quippe quod per δὲ particulam introducat.

v. 570. ἆμ ἅμα βληχᾶται R. ἅμα βληχᾶται vulg.

Schol. V. cett. ἅμα βληχᾶται: ποιὰν φωνὴν ἀφίησιν ἐλεεινήν. ἐκ δὲ τῆς ἀσήμου φωνῆς δηλοῖ τὴν βραχεῖαν τῶν παίδων ἡλικίαν.

Dindorfius Hesychio duce in textum recepit ἆμ βληχᾶται. Idemque ex scholiasta sequitur, nam ἄσημος illa et ποιὰ φωνὴ quae tandem erit, nisi ἅμ?

571. 72. 73. ὥσπερ θεὸν ἀντιβολεῖ με τρέμων τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι·
εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ, παιδὸς φωνὴν ἐλεήσαις,
εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι.

Schol. V. cett. ad v. 572: εἰ μὲν χαίρεις ἀρνὸς φωνῇ: παίζει ταῦτα ἐπεὶ ἐκεῖνοι οὕτως λέγουσιν· εἰ μὲν ἄρσενά τις ἔχει, εἰς τοὺς ἄρσενας ἀπίτω, εἰ δὲ θήλεα, τὰς θήλειας κατοικτειράτω. λείπει δὲ τὸ ἐλέησον καὶ ἀπόλυσον.

Ut textus, ita scholion quoque corruptum est. Nam κατοικτειράτω, quo in conexu invenitur, sensu plane caret, quapropter corrigendum videtur: εἰς τὰς θηλείας. (sc. ἀπίτω). Tum κατοικτειράτω sequi iubebimus, ut sit explicatio verbi ἐλεεῖν. Non minus corruptum est illud λείπει δὲ τὸ ἐλέησον καὶ ἀπόλυσον, sed quorsum spectet, persentiscere possumus. Nam si aliquid λείπειν dicit, h. e. aliquid supplendum esse, ad nihil aliud hoc pertinere puto, quam ad ἀντιβολεῖ, quod ad infinitivum aliquem cogitatione addendum esse censeat. Hic autem infinitivus sine dubio ἐλεῆσαι fuit, legit igitur versum 572 talem scholiasta: εἰ μὲν χαίρω ἀρνὸς φωνῇ, παιδὸς φωνὴν μ' ἐλεῆσαι. Scholion autem ita restituendum puto: λείπει τὸ <ἀντιβολεῖ πρὸς τὸ ἐλεῆσαι, ἵνα ᾖ> ἐλέησον καὶ ἀπόλυσον. — Pro φωνῇ in eodem versu voluit Richterus κωλῇ, quae lectio per se satis probabilis etiam scholiastae explicationi subesse videtur. Nam in verbis εἰ μὲν ἄρσενα τις ἔχει, εἰς τοὺς ἄρσενας ἀπίτω, εἰ δὲ θήλεα, εἰς τὰς θηλείας, etiamsi, quo referenda sint, obscurum est, tamen hoc certum est, ἄρσενα et θήλεα ad τὰ αἰδοῖα spectare. Tum vero aptissimum in ipsis poetae verbis κωλῇ pro φωνῇ videtur, quod sensu plane caret neque cum insequentibus εἰ τοῖς χοιριδίοις χαίρω bene convenit. In χοιριδίοις enim ambiguus sensus sine dubio inest, quo simul ad sues et ad muliebres partes poeta tendit; idemque ambiguus sensus in ἀρνὸς κωλῇ inest, quippe quod simul masculas partes et intestina significet.

v. 941. οἴμ' ἐγὼ χεσεῖσθαι Codd.

Schol. V. cett. οἴμ' ἐγὼ χεσεῖσθαι: πρὸς τὸ οὐρῆσαι ἐπήνεγκε τὸ χεσεῖσθαι ποιήσω τὸν Λάβητα.'

Scholii ea forma est, ut χεσεῖσθαι ποιήσω ipsius poetae verba esse videantur, quia per τὸ saepissime textus verba in explicationem afferuntur, unde hunc fere versum fuisse credamus:

τοῦτον δὲ ποιήσω 'γὼ χεσεῖσθαι τήμερον.

Neque tamen hanc rem pro certa atque explorata habuerim.

1050. εἴπερ ἐλαύνων codd. R. V. vulg.

Schol. V. cett. εἴπερ ἐλαύνων: ἔνιοι δέ φασιν, ὡς ἀπὸ τῶν ἀτυχῶς ἡνιοχούντων τὴν μεταφορὰν ἐδέξατο, ἐπειδὴ πρὸς τὸ παρελαύνων ἐπήνεγκε τὸ συνέτριψε. — Schol. rec. νικήσας, φησὶ, τοὺς ἀντιπάλους τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἀπώλεσεν.

Hic quum participium in explanatione adhibeat, nescio an in verbis quoque continuis idem tempus, παρέλασας igitur, habuerit.

1110. συμβεβυσμένοι πυκνὸν νεύοντες ἐς τὴν γῆν μόλις. Codd.

Schol. V. cett. πυκνώσαντες ἑαυτοὺς καὶ κάμψαντες διὰ τὸ γῆρας. ἄλλοι δὲ πυκνὸν πρὸς τὸ συμβεβυσμένοι· παίοντες δὲ μόλις τῇ βακτηρίᾳ ὡς ἂν γέροντες.

Hi ἄλλοι legisse videntur παίοντες, quoniam per δὲ particulam introducitur.

1169. διασαλακώνισον Codd.

In scholiis nonnullae variae lectiones expressis verbis indicantur. Sub finem haec verba in V. cett. leguntur: τινὲς δὲ σαλακωνίσαι φασὶ τὸν πρωκτὸν αἰσχρῶς κινῆσαι. σαῦλον δὲ καλεῖται τὸ φαῦλον καὶ διερρυηκός.

Ultima verba favere videntur Richteri coniecturae σαυλο-

λακώνισον, nisi potius ad v. 1173 σαυλοπρωκτιᾶν referenda sunt, quod mihi verisimilius videtur.

v. 1245. Κλειταγόρᾳ codd.

Schol. V. cett. Κλειταγόρᾳ: Κλειταγόρας μέλος λέγουσι τὸ εἰς αὐτὴν Κλειταγόραν, Ἁρμοδίου μέλος τὸ εἰς Ἁρμόδιον καὶ Ἀδμήτου τὸ εἰς Ἄδμητον.

Genitivum Κλειταγόρας scholiastam legisse patet, sed dubium est, ubi legerit et quibus cum verbis coniunctum. Videtur autem ad ᾄσεται pertinere; itaque si in ipsa poetae verba id reponere voluerimus, statuamus oportet, in verbis ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικὸς spurii aliquid inesse. Fortasse haec legit scholiasta:

ἀνὴρ σοφὸς καὶ Κλειταγόρας ἀντᾴσεται,

in quo versu ἀντᾴσεται Dobraei coniectura est.

v. 1348. οὐδὲ φιαλεῖς vulgo.

Schol. V. cett. φιαλεῖς: τῷ ἔργῳ ἐπιβαλεῖς. Ὅμηρος· αὐτὸς γὰρ ἐπίηλεν τάδε ἔργα· ἀντὶ τοῦ ἐπεβάλλετο.

Scholiasta legit ᾿φιαλεῖς. Eodem redeunt, quae in V. insecuntur a L. Dindorfio ita correcta: Φρύνιχος Ἐφιάλτῃ· ὄνομα δὲ τούτῳ, ἥν γε σωθῶ γ' ἥν τε μὴ | ἔστω ᾿φιάλης ἀνδραγαθίας οὕνεκα | ὅτιὴ ᾿πίηλας κ. τ. λ.

Schol. R. vero haec habet: φιαλεῖν μὲν κυρίως τῇ φιάλῃ πίνειν, legit igitur φιαλεῖς.

v. 1357. κυμινοπριστοκαρδαμόγλυφον Codd.

Schol. R. V. cett. κυμινοπρίστας τοὺς φειδωλοὺς καὶ σμικρολόγους ἐκάλουν. συνέθηκε δὲ τὴν λέξιν μετὰ τοῦ καρδάμου. In V. solo: καίζει παρὰ τὸ κύμινον, ὅ ἐστι δριμύτατον καὶ τὸ σμικρολόγον, πρίστας γὰρ τοὺς μικρολόγους ἐκάλουν

καὶ παρὰ τὸ κάρδαμον, ὅπερ ἐστὶν δριμὺ, τὴν σύνθεσιν ποιήσας.

Cum nullus ex scholiastis commemoret, etiam γλῦφον partem compositi vocabuli fuisse, legisse videntur κυμινοπριστοκάρδαμον γλῦφον. Sed fieri potuit, ut casu quodam vel quia ad hoc vocabulum non habebant, quid annotarent, γλῦφον silentia praeterirent.

Pax.

(Scholia praebent R. V. Γ.)

v. 5. οικ. ά. ἰδοὺ μάλ' αὖθες. β' ποῦ γὰρ, ἣν νῦν δὴ 'φέρες;
οὐ κατέφαγεν;

Schol. V. cett. ἐν ἐρωτήσει τὸν λόγον νῦν προσάγει. ἐκείνου γὰρ αἰτήσαντος μᾶζαν ἑτέραν, φησὶν αὐτὸς, ἣν γὰρ νῦν αὐτῷ προσέφερες, οὐ κατέφαγεν; ὥστε πῶς; διόπερ ἐκείνου ἀρνουμένου μὴ βεβρωκέναι τὸν πρότερον πέλεθον τὸν κάνθαρον προστίθησι καὶ τὴν αἰτίαν.

Recte Dobraeus totum versum 5 tribuit servo alteri idemque vult scholiasta. Interpunctio autem eius haec fuit: ἰδοὺ, μαλ' αὖθις· ποῦ γὰρ; ἣν νῦν δὴ 'φέρες, οὐ κατέφαγεν;

Denique verisimile videtur, non ποῦ γὰρ; sed πῶς γὰρ; eum legisse, cum explicaret: ὥστε πως; ποῦ γὰρ eo sensu multo rarius reperitur.

οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη Codd.

Schol. V. cett. οὐδεὶς φαίη: explicatio vero: οὐ γὰρ ἄν τις ὑποπτεύσειε idem, quod codd., praebet.

v. 70. ἀνερριχᾶτ' ἂν vulgo. ἀναρριχᾶται Etym. M. et Suid.

Schol. Γ. lemma: ἀνεϱϱιχᾶτο.

Explicatio in R. V. εἴϱηται ἀπὸ τῶν ἀϱϱίχων ad ἀνηϱϱιχᾶτ' ἂν spectat eodemque cetera scholia, in quibus „ἀναϱϱιχᾶσθαι" legimus, referri possint. Attamen aliquam dubitationem explicatio eius scholiastae, qui apud Duebnerum tertius legitur, cuiusque verba solus V. exhibet, nobis inicit: καὶ τὸ ἀναϱϱιχᾶσθαι δὲ παϱὰ τοῖς Ἀττικοῖς παϱὰ τὸ ἀϱχαῖϊν ἐστι γενόμενον ἀϱαχνιῶ καὶ ἐν ὑπεϱθέσει τῶν στοιχείων ἀναϱϱιχῶ, τοῦ μὲν ν εἰς τὴν χώϱαν τοῦ ϱ τεθέντος κ. τ. λ. ταῦτα Ἡϱωδιανὸς ἐν τω δ' τῆς καθόλου.

Herodianus enim, cum ἀναϱϱιχᾶσθαι non ex ἀϱϱίχων et ἀνὰ compositum, sed simplex verbum esse putaverit, legisse possit videri ἠναϱϱιχᾶτο. Quae lectio cum contra metra huius loci peccet, vehementer dubito, num Herodiano debeatur, sed etsi fieri potuit, ut ille ἀναϱϱιχᾶσθαι alicubi in hunc modum explicaret, scholiastam temere eius verba ad hunc locum puto attulisse, quae non intellegebat, quantum ab ea quam ipse ante oculos habebat lectione abhorrerent. Alia via eius difficultatis expediendae haec esse videtur, ut Herodianum et eos, qui similiter explicant, ἀναϱϱιχᾶται lectionem Etym. Magni et Suidae ante oculos habuisse statuamus.

v. 400. 401. 2. Τϱ. ἴθ' ἀντιβολῶ σ', ἐλέησον αὐτῶν τὴν ὄπα
ἐπεί σε καὶ τιμῶσι μᾶλλον ἢ πϱὸ τοῦ
Ἑϱμ. κλέπται γάϱ εἰσι νῦν γε μᾶλλον ἢ πϱο τοῦ.

Schol. R. V. ad v. 402: οὕτως γοῦν σε τιμῆσαι πϱοαιϱούμεθα, ὅτι ζηλωταὶ τῶν ἐπιτηδειμάτων ἐσόμεθα τῶν σῶν καὶ μᾶλλον ἢ πϱότεϱον ἐν ταῖς κλοπαῖς πϱοσέξομεν.

Qui factum sit, ut scholiasta prima persona et futuro tempore (πϱοαιϱούμεθα τιμῆσαι, ἐσόμεθα, πϱοσέξομεν) uteretur, cum in textio tertia et praesens reperiantur, intelligere non possum, nisi illa potius in exemplis suis habuerit. Quapropter haec fere ante oculos eius fuisse credo:

Χορ. ἴϑ' ἀντιβολῶ σ' ἐλέησον ἡμῶν τὴν ὄπα·
καὶ γάρ σε μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ τιμήσομεν.

Deinde illud ἐν τοῖς κλοπαῖς προσέξομεν ad talia fere spectare dixeris forsitan:

κλέπται τ' ἐσόμεϑα νῦν γε μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ.

Sed non prorsus necessarium hoc est, immo fieri potuit, ut scholiasta, quid in illo τιμήσομεν subintelligendum esset, iam in illo ipso verbo explanando proferret, qua in re consentaneum fuit, ad verba Mercurii eum recurrere.

v. 469. ἄγετον ξυνέλκετον καὶ σφὼ Codd.

Hunc versum Heliodorus ita discribit ad v. 453:

ἐν ἐκϑέσει ἀναπαιστικὸν πενϑημιμερές,

legisse igitur possit videri: ξυνέλκετε καὶ σφώ, et in antistropha v. 496 pro ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν scribendum foret κακόνοι τινές εἰσιν. Quae commutationes cum paullo violentiores sint, praestabit in scholio huius loci ex πενϑημιμερές restituere ἑφϑημιμερὲς et id recipere, quod adhuc omnium verissime Meinekius coniecit: ἄγετον ξυνέλκετε καὶ σφώ.

593. κἀδάπανα καὶ φίλα.

Schol. V. cett. κἀδάπανα καὶ φίλα: τινὲς δὲ γράφουσι μετὰ τοῦ ι, ἵνα τὸ νοούμενον ᾖ· δαπάνῃ τε τρυφῶμεν (corr. τ' ἐτρυφῶμεν).

Richterus cum putat, lectionem καὶ δαπάνῃ hic latere, a vero aberrat. Nam primum quidem pluribus verbis interpres, si hoc dicere voluisset, rem expositurus fuisse putandus est, quoniam ι non ad δαπανα, sed ad δαπανη adscribendum erat. Deinde illud δαπάνῃ adeo a sensu et metro sano abhorret, ut ne indoctissimus quidem grammaticorum tale quid negligere potuerit. Ac mihi quidem scholii verba potius ad καὶ δάπανα lectionem referenda videntur pro κἀδάπανα, quod codd. exhibent. Adiectivum δαπανὸς apud Hesychium invenimus, qui haec ha-

bet: *δαπανά· ἀναλωτικά, τὰ δαπανώμενα*, nec non Thuc. 5, 103 scripsit *ἐλπὶς δάπανος*.

v. 582. Verborum *χαῖρε — πόθῳ* discriptionem talem Heliodorus proposuit: *ἔστι δὲ τὸ ὅλον ἑξάμετρον τροχαϊκόν· τινὲς [γὰρ?] γράφουσιν „ἐδάμημεν" καί φασι τὰ μὲν β' τροχαικὰ [δίμετρα] ἀκατάληκτα, τὸ δὲ γ' τροχαϊκὸν καταληκτικόν*. (Sic exstat hoc scholion a Hensio correctum). Etiamsi *ἐδάμημεν* pro *ἐδάμην* scribimus, tamen metra Heliodorea in hunc locum minime quadrant, qualem codd. praebent: *χαῖρε, χαῖρ' ὦ φίλταθ' ὡς | ἀσμένοισιν ἡμῖν ἦλθες σῷ γὰρ ἐδάμην πόθῳ*.

Nec si secundum scholia mutaverimus, sani quidquam evadit. Nam quae fere sola cum discriptione Heliodorea congruerent:

χαῖρε χαῖρ' ὦ φιλτάτη [γ'] ὡς | ἀσμένοισιν ἦλθες ἡμῖν,
σῷ γὰρ ἐδάμημεν πόθῳ

in iis *γε*, quod hiatus vitandi causa inserendum erat, plane langueret. Itaque ex scholio metrico tum demum verbis poetae emendatio nasci poterit, si id ipsum correxerimus. Quod cum sine summa violentia fieri non possit, praestat traditionis hoc in loco plane nullam rationem habere, nam quaelibet coniectura tantundem auctoritatis haberet, quantum tanta scholii mutatio, quae praesertim nisi opinionibus praeiudicatis procedere non posset.

v. 680. *κρατεῖ νυν* Codd.

Schol. R. Γ. *κρατύνει: ὅστις νῦν διέπει τὰ τῆς πόλεως*. Explicatio ad lectionem codicum redit.

v. 774. *ἀνδρὸς* Codd.

Schol. V. *λαμπρὸν διὰ τὴν φαλακρότητα, ἢ εὐπαρρησίαστον*. — Schol. R. *διαλαμπρόν*.

Dindorfius λαμπρὸν lemmatis loco positum putat et in textum recepit pro ἀνδρὸς voce aperte corrupta. Sed qui fieri potuit, ut λαμπρὸν per διαλαμπρὸν a scholiasta R. explicaretur? Quum igitur aliud quid ex his notis eruendum sit, ultro paene in φαιδρὸν incidimus, quod singulis litteris etiam magis quam λαμπρὸν cum ἀνδρὸς congruit et per διαλαμπρὸν rectissime explicatur; neque minus φαιδρὸν quam λαμπρὸν loco simili Eq. 550 φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ commendatur.

v. 874. ἐπαίομεν Codd.

Schol. R. V. lemma: ἐπαίσαμεν.

Sed in explicatione quod praebet scholiasta: συνουσιάζομεν, ἠλαύνομεν, sine dubio ad codicum scripturam pertinet.

v. 1009. τένθαις Codd.

Schol. R. V. λίχνοις· τένδειν γὰρ τὸ ἐσθίειν. Ἡσίοδος· ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει.

Hic igitur scholiasta τένδαις legit, pro qua forma posterior in V. interpres recte etiam apud Hesiodum eam, quae θ habet, restituendam esse censet.

Aves.

(Scholia praebent R. V. Γ. M.)

v. 317. κοινὸν ἀσφαλῆ δίκαιον ἡδὺν ὠφελήσιμον Codd.

Schol. R. V. cett.: κοινὸν ὠφελήσιμον: ἀντὶ τοῦ κοινωφελῆ.

Alio ordine, ac nos, scholiasta verba legit, id quod ex explicatione κοινωφελῆ manifestum fit, qua evincitur, κοινὸν in scholiastae libris proxime ante ὠφελήσιμον antecessisse. Sic igitur versus constituendus est: ἡδὺν ἀσφαλῆ δίκαιον κοινὸν ὠφελήσιμον.

v. 353. ἐπαγέτω Codd.

Schol. R. V. ἐπαγέτω τὸ δεξιὸν κέρας: ἀντὶ τοῦ· προηγείσθω τὸ δεξιὸν κέρας.

Inde fortasse conicere licet, προαγέτω scholiastam legisse.

v. 386. τῷ τε τρυβλίω καθίει.

Schol. R. V. τὴν χύτραν: ἔξωθεν τὴν σὺν· σὺν τῷ τρυβλίῳ. Scholiastae lectionem τῷ τε τρυβλίῳ fuisse intellegimus, quae videlicet ad calami lapsum revocanda videtur. — Ceterum in eodem scholio: ἀντὶ τοῦ τῶν χυτρῶν non ad τὴν χύτραν sed ad v. 390 τῶν ὅπλων spectat.

v. 419. κρατεῖν ἂν ἢ τὸν ἐχθρὸν ἢ
φίλοισιν ὠφελεῖν ἔχειν.

Schol. R.: ὁ η ἀντὶ τοῦ καί· οὕτω τινὲς, ἵνα ᾖ οὗ ἐὰν ᾖ καιρός.

Scholiastae non ἂν ἤ, sed ἂν ᾖ = ἐὰν ᾖ in promptu fuisse manifestum est. Nam quod dicit ἢ pro καὶ positum esse, id ad posterius ἤ referendum est, quod reapse, si prius illud ἢ non praecedit, cum καὶ commutare licet. Deinde cum dicat: οὕτω τινὲς, ἵνα ᾖ οὗ ἐὰν ᾖ καιρὸς, facile est intellectu reficiendum esse: οὕτω τινὲς, ἵνα ᾖ (sc. τὸ νοούμενον) οὗ ἂν ᾖ καιρὸς, ut sensus evadat „ubicunque est occasio.“ Itaque hinc quoque lectio ἂν ᾖ sequitur.

v. 486. διαβάσκει Codd.

Scholiasta R.: ἀντὶ τοῦ περιέρχεται, περιέπει legerit forsitan: περιβάσκει.

v. 816. κειρίαν Codd.

Schol. R. V. cett. οὐδ' ἂν τὴν χαμεύνην ὀνομάσαιμι σπάρτην, εἴ γε κειρίας ἔχοιμι.

Scholiasta, cum pluralem numerum in explanando adhibeat, fortasse *κειρίας* invenit.

v. 994. *τίς ἡ 'πίνοια, τίς ὁ κοθόρνος τῆς ὁδοῦ* Codd.

Schol. R. V. *Δίδυμος οὕτω· πρὸς τί ὑποδέδεται τὸ δεξιόν, τίς ἐστιν ἡ ἐπίνοια τῆς ὁδοῦ.*

In V. cett. deinde: *τίς ὁ κόθορνος· οἷον τί ὑποδησάμενος πάρει; οὕτω Σύμμαχος· πρὸς τί ὑποδέδεται τῷ δεξιῷ.*

Obscurum in hoc scholio est, quid sibi velint *δεξιὸν* et *δεξιῷ*, quasi dextero tantum pedi Meto cothurnum subligarit et quasi scholiasta legerit: *τίς ὁ κόθορνος δεξιός;* Quod cum mirum ac paene incredibile sit, aliter *δεξιὸν* illud explicari oportet. Et mihi quidem nulla difficultatis expediendae via liquet, nisi si statuimus, *τὸ δεξιὸν* fortasse tragicum cothurnum inferiore graecitatis aevo esse appellatum. Sed aliis rem difficilem absolvendam remitto.

v. 1007. *ἀστέρες* Codd. *ἀστέρος* Vat.

Schol. R. ad v. 1007: *λείπει τὸ ἵνα ὥσπερ ἀστέρες:*

Sed schol. R. ad v. 1008: *αὐτοῦ κυκλοτεροῦς: ἵνα τοῦ μέσου κυκλοτεροῦς ὄντος αἱ ὁδοὶ αὐτῷ παρεκταθῶσιν, ὡς ἀκτῖνες ἀστέρων.*

Ex posteriore scholio *ἀστέρων* in libris scholiastae fuisse apparet.

v. 1091. *πνίγους* Codd.

Schol. R. V. cett.: *οὐδ' αὖ θέρμη: τινές τὸ πνίγους κατὰ γενικήν φασιν, ἵνα ᾖ· οὐδὲ ἡ θέρους θερμασία ἐπίκειται ἡμῖν.*

Illi *τινὲς* cum editoribus nostris faciunt, schol. R. autem *πνιγοῦσ'* i. e. *πνιγοῦσα ἡμᾶς* legit.

v. 1587. *ἔλαιον* Codd.

Schol. rec. ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐλεοῦμεν, οὐ πειθόμεθα.

Scholiastae lectio ἔλεος fuit, quae cum sensu plane careat, sine dubio ex calami lapsu, ἔλεον pro ἔλαιον, profluxit.

v. 1760. κουφιῶ Codd.

Schol. R. V. ἀντὶ τοῦ βαστάζω.

κουφίζω igitur scholiastam invenisse verisimile est.

Lysistrata.

(Schol. praebent R. et margo exempli cuiusdam editionis Frobeanae, „cui Claudius Puteanus scholia adscripsit ex libro optimo et si novicias aliquot glossas detraxeris, Ravennati [1]) simillimo" (Dübner).)

v. 22. συγκαλεῖς Codd.

Schol. συγκαλεῖς: συνήγαγες.

Fortasse igitur etiam in textu tempus praeteritum συνεκάλεις olim fuit.

v. 81. ναὶ τὼ σιὼ Codd.

Schol. ναὶ σιώ: Λακωνικῶς δὲ φθέγγεται, ὡς αἱ Ἀττικαὶ νὴ τὼ θεώ.

Interpres ergo articulum habuit, quem lemma omisit.

v. 1247. ὅρμαον Codd. v. 1248 τὼς κυρσανίως.

Schol. ὅρμησον, ὦ μνημοσύνη τῷ ἐφήβῳ τὴν σὴν μοῦσαν.

---

1) Ex iis, quae nuper Velsen de codd. Urbinate et Ravennate disseruit, verisimile fit codicem Puteani ab Urbinate, itaque a Ravennate quoque diversum non esse.

Hic, ut recte Engerus observavit, qui in eis, quas edidit, fabulis nihil huiusmodi neglexit, dativum τοῖς κυρσανίοις scholiasta legit. — Aliud ante oculos habuit, qui explicat: λείπει ἡ εἰς πρόθεσις, εἰς τοὺς κυρσανίους, id quod ad codicum lectionem redit.

v. 1318. 19. ποῆ R. Aug. ποῇ Iunt

Schol. Put.: γρ. πόῃ· ποιεῖτε κρότον τὸν ὠφελοῦντα τὸν χορόν. Hic interpres ποίητε in suis habuit, ut supra quoque scholia praebent παραμπυκίδδετε.

Thesmophoriazusae.

(Scholia praebent R. et margo exempli Puteani cuius scholia ad hanc fabulam adscripta multo recentiora sunt, quam in Lysistrata.)

v. 199. 200. τὰς συμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασι
φέρειν δίκαιον, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν.

Schol. ἐκφεύγειν.

In hoc loco zeugma intolerabile inest, cum ad illud ipsum subiectum, quocum non bene convenit, verbum apponatur, ad illud autem, quocum congruit, supplere iubeamur. Quamobrem forsitan scribendum sit:

τὰς συμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασι
δίκαιον, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν φέρειν.

Cui emendationi etiam scholiastae explicatio favet; quam cum ineptum sit ad φέρειν referre, credendus est ἐκφεύγειν post τεχνάσμασι cogitatione additum voluisse, nostram igitur lectionem ante oculos habuisse.

v. 710. ἥκεις R. ἥκιστ' Aug. ἥκεις θ' Iunt.

Deinde in codd.: ὅθεν ἥκεις φαύλως τ' ἀποδρὰς οὐ λέξεις.

Schol. *ἐκ τῶν ἀνδρῶν φησιν, ὅθεν οὐκ ἔξεστιν.* — *ὁ Σύμμαχος: γελοίως φησίν· ὅθεν ἥκεις, φαύλως ἥκεις.* — *ἥκεις, φησὶν, εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν, ὅθεν οὐ φεύξῃ.*

Primus interpres quam scripturam secutus sit, dubium est. Nam si suppleverimus *ἥκειν* post *ἔξεστιν*, legisse videtur, quod codd. habent, hac interpunctione usus: *ἥκεις, ὅθεν ἥκεις φαύλως.* Sin suppleverimus *φεύγειν*, ad idem hoc scholion spectat, ad quod tertii scholii auctor, qui *ἥκεις ὅθεν οὐ φεύξῃ* habet. Quid is in exemplis suis invenerit, item in dubio est. Atque Cobetus quidem putat, legisse eum *ἥκεις ὅθεν οὐκ ἔξει.* At quomodo haec cum insequentibus verbis nectere vult? Nam si *ἥκεις ὅθεν οὐκ ἔξει* praecedit, sensu plane caret *ἀποδρὰς λέξεις.* Ac ne hoc quidem, quod in mentem venire possit: *ὅθεν οὐ φαύλως ἀποδρὰς ἔξει*, tolerari potest; iam enim quae secuntur: *οἷον δράσας διέδυς ἔργον* rursus in contrariam, atque praecedentia, sententiam dicta forent. — Reisigius solus verum perspexisse mihi videtur, cum in textum reciperet: *ἀλλ' οὖν ἥκεις, ὅθεν οὐ φαύλως ἀποδρὰς λέξεις* omisso *τε.* Idemque scholiastam tertium interpretari voluisse opinor, ut qui simplicitatis causa *ἀποδρὰς* in explanatione in verbum finitum *φεύξῃ* transtulerit. — Quae autem Symmachi fuerit lectio, non est dubium, immo manifesto eius verba ad codicum scripturam: *ἥκεις, ὅθεν ἥκεις, φαύλως* (Sic interpungendum!) pertinent.

Ranae.

(Scholia praebent R. V. Θ. M. Cant. 1. 3. Barocc. 38.)

v. 38. *τουτί τί ἦν* Codd.

Schol. V. cett. *τὸ μὲν ἀκόλουθον οὐκ ἀνεπλήρωσεν, εἰπὼν, ὅστις ἐστὶν, ἀλλὰ θαυμάσας ἐπερώτησε τίς εἴη.*

Inde colligitur in scholiastae libris non fuisse *τουτί τί ἦν*, sed *οὗτος τίς ἦν*, vel simile quid, masculinam utique formam.

103. *καὶ μάλα πλεῖν* Codd. Sine *καὶ* R. Barocc. *μ'ἄλλα πλὴν* A. *μάλλὰ* Suid.

Schol. V. *οἱ μὲν βραχύνουσιν, ἵνα τοῦ η ἔκθλιψις εἶναι δοκῇ, οἱ δὲ ἐκτείνουσιν τὸ α κρᾶσιν πιστεύοντες εἶναι τοῦ η καὶ τοῦ α βραχέος εἰς τὸ α μακρόν.*

Hic scholiasta duas commemorat scripturas *μ'ἀλλὰ* et *μάλλά.* — Scriptor recentioris scholii: *μᾶλλον ἢ μαίνομαι. οἱ μὲν, φασὶν, ἐκτείνουσιν, οἱ δὲ συστέλλουσι* ad *μάλα* spectat et ignorat, qua de re agatur [1]).

v. 209. *λιμναῖα κρηνῶν τέκνα* Codd.

Schol. R. V. cett. *ἐλλείπει τὸ καὶ ἵν' ᾖ λιμνῶν καὶ κρηνῶν τέκνα.*

Scholiasta ergo legisse videtur *λιμνῶν κρηνῶν τέκνα,* nam si *λιμναῖα* legit, non habuit, quod diceret: *ἐλλείπει τὸ καί.*

v. 340. *ἔγειρε φλογέας λαμπάδας ἐν χερσὶ γὰρ ἥκει* (*ἥκεις* recc.) *τινάσσων.*

Schol. R. V. cett. *νοητέον οὕτως· ἔγειρε φλογέας λαμπάδας ἐν χερσὶ τινάσσων.* Deinde quod in V. deest: *ἥκεις γὰρ νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ.*

Bergkius in praef. vol. II editionis suae recte *τινάσσων* glossema esse dixit, additum ad insolentiorum accusativi usum explicandum. Idemque scholio probatur, nam *νοητέον οὕτως* prohibet, quominus quae insecuntur: *ἐγ. φλ. λαμπ. ἐν χερσὶ τινάσσων,* ipsa poetae verba esse putemus. Itaque *τίνασσων* a scholiasta appositum et ex hoc ipso scholio fortasse in libros

---

1) Quae in V. *Θ. M.* hinc usque secuntur: *μεταλαμβάνεται εἰς τὸ μὲν οὖν ἢ οὐκ· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον,* sic restituenda sunt: *μετ. εἰς τὸ μὴ τὸ οὐ· μὴ ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλὰ καὶ μᾶλλον.* Iam insequentia quoque congruunt: *ἡ γὰρ μὴ ἀπαγόρευσις παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀντὶ τῆς οὐ ἀρνήσεως παραλαμβάνεται.*

manuscriptos aberrasse videtur. — Deinde ex hoc scholio videmus, ἥκεις lectionem, quam nunc recentiores libri exhibent, non minus antiquam, quam ἥκει esse, quoniam in schol. R. legitur. — ἥκει legit auctor eius scholii, quod in V. cett. ad v. 343 reperitur: ἀξιοῦσι δέ τινες αὐτὴν τὴν λαμπάδα ἀστέρα λέγειν. ὁ δὲ λόγος κολοβός ἐστιν, εἰ μὴ τὸ τινάσσων ἀντὶ τοῦ τινασσόμενος λαμβάνεται. Nam postquam dictum est: ἔγειρε φλογέαν λαμπάδα, (singularem enim τινὰς illos legisse manifestum est), non licuit continuo ipsam facem alloqui. — Paullo obscurius est, quod schol. rec. ad v. 343 adnotat: ἐν δέ τισιν ἐκλέλοιπε τὸ τινάσσων. καὶ τὸ χερσὶ εἰς τὸ ἔγειρε συνάπτουσιν. ἥκεις γὰρ κατ' ἀναστροφήν, in quo scholio nescio an praestet pro χερσὶ scribere ἐν χερσί. Quid autem ἥκεις γὰρ κατ' ἀναστροφὴν significet, vix assequor. Verisimile tamen est, de collocatione particulae γὰρ interpretem aliquid dicere voluisse.

v. 362. Θωρυκίων Codd.

Schol. V. cett. τινὲς γράφουσι Θορυκίων ἀντὶ τοῦ τὰ τῶν Θωρυκίων μιμούμενος.

Ipse igitur scholiasta Θωρύκιος ante oculos habuisse videtur, cum lectionem illorum grammaticorum ita explicet, quasi genetivum pl. Θωρυκίων esse putaverit.

v. 371. αἴρεις Codd. vel αἴρῃς.

Schol. R. V. cett. αἰρεῖς τὴν Σώτειραν:

In V. cett. haec explicatio inest: οἷον· ὑψώσεις τοῖς ἐπαίνοις.

Non minus futurum ὑψώσεις, quam accentus lemmatis αἰρεῖς indicio sunt, scholiastam ἀρεῖς in suis invenisse.

v. 477. διασπάσονται Codd.

Schol. R. διασπαράξωσιν. Inde videri possit scholiasta

legisse διασπάσωνται quod cum incredibile sit, διασπαράξωσι restituendum est.

Item in proximi versus scholio in editione Duebneriana νικήσω in κινήσω commutandum est, qui error solius typothetae esse videtur.

v. 595. καὶ βαλεῖς τι μαλθακόν vulg. V. κἀκβάλῃς.

Schol. R. V. ἀντὶ τοῦ μαλαπισθείς. V. ἀντὶ τοῦ ἂν εἴπῃς.

Schol. V. igitur coniunctivum legit nec aliud alteri scholiastae praesto fuisse videtur, cum μαλακισθεὶς in μαλακισθῇς commutandum videatur. In versu ergo praecedenti scribendum est: ἦν δὲ παραληρῶν ἁλῷς.

Accedit, quod in versu strophico 538 similiter varia lectio adnotatur, ut enim hic ἁλῷς pro ἁλώσει indagavimus, ita illic γρ. μεταστρέφεσθαι. Metris autem aeqnales sunt versu:

σχῆμα, τὸ δὲ μεταστρέφειν et
ἦν δὲ παραληρῶν ἁλῷς.

v. 604. .δεῖν δ' ἔοικεν Codd.

Schol. R. V. ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι.

Lectio δεῖσ' ἔοικεν latere videtur.

v. 695. μὴ οὐ καλῶς Codd.

Schol. V. cett. Καλλίστρατός φησιν οὐ συναλοιφὴν εἶναι, ἀλλὰ διάλεκτον ἰδίαν σημαίνουσαν τὸ δέον εἶναι.

Callistratus igitur μοὺ vocabulum peculiare esse statuit, quod recte sane per τὸ δέον εἶναι interpretabatur.

920. ἂν διήει Codd.

Schol. R. V. cett. ἀνύοιτο. V. cett. ἂν εἰς τέλος ἦλθεν. Possimus ex ἀνύοιτο variam scholiastae lectionem διίοι vel simile quid eruere, nisi forte ἠνύετο restituendum est, quod insequenti ἂν ἦλθεν commendatur.

v. 937. ἅπερ codd.

Schol. R. ὥσπερ συ. Itaque ᾗπερ legerit forsitan.

v. 1363. φωράσω codd.

Schol. R. εὕρω ἐρευνήσω φωράσω.

Φωράσω cum per φωράσω explicari ineptum sit, in textu aliud verbum fuisse conicere possimus. Sed articulo interposito εὕρω ἐρευνήσω <τὸ> φωράσω, ipsum scholium lenissime correctum plane cum textu congruit.

v. 1432. ἐκτραφῇ Codd.

Schol. R. V. cett. μάλιστα μὲν λέοντα: μάλιστα μὲν μη ἀνατρέφειν φρόνημα, ἐὰν δὲ ἀνατρέφῃ, μὴ ἐρεθίζειν.

Scholiastae lectio non alia quam Plutarchi Alc. 16 fuit, qui hunc versum afferens habet: ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις.

v. 1487. πολίταις. 88. 89. τοῖς ἑαυτοῦ ξυγγενέσι καὶ φίλοις.

Schol. rec. ad v. 482. φίλους δὲ νῦν ὡς καὶ ἡμεῖς. πολλαχοῦ δὲ καὶ συγγενεῖς καὶ ἀναγκαίους. Cum alioqui non intellegam, cur casum mutarit scholiasta, ante oculos videtur habuisse πολίτας, τοὺς ἑαυτοῦ ξυγγενεῖς, φίλους.

v. 1505. τὖοτο R. τουτοὶ V. τουτί alii codd.

Schol. R. V. cett. lemma τούτοις τοῖσι πορίσταις: Explicatio in V. cett. εἴη δ' ἂν σχοινιον, ὃ ἐπιδίδωσιν αὐτοῖς non consentit cum lemmate, sed ad τοῦτο vel simile aliquid spectat, cum σχοινίον subindicari adnotetur.

Ecclesiazusae.

(Schol. praebent R. Γ.)

v. 96. ὑπερβαίνουσα Codd.

Schol. R. ὑπερβαίνουσαν: ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβαίνο υσαν.

Lectio ὑπερβαίνους' ἂν sine dubio subest, quoniam accusativus ab hoc loco abhorret.

v. 100. ὅταν καθῶμεν codd.

Schol. R. ἀντὶ τοῦ ὅτε καθήμεθα.

Inde scholiasta possit videri legisse ὅταν καθώμεθα, nisi potius, id quod multo probabilius mihi videtur, hoc scholium ad v. 98 ἣν δ' ἐγκαθεζώμεθα referendum est. Nam fingi paene non potest, tam prave quemquam hunc locum intellexisse, ut καθώμεθα pro καθῶμεν toleraret.

v. 117. ἀκεῖ codd.

Schol. R. ἅτινα, unde colligo, scholiastae ἅττα in promptu fuisse.

v. 138. ἐνθυμουμένοις. Codd.

Schol. R. Γ. ἀντὶ τοῦ ἐνθυμουμένων.

ἐνθυμούμενοι scholiastam legisse puto, qui cum explicet: ἀντὶ τοῦ ἐνθυμουμένων, ad αὐτῶν respicit. Semper et ubique, ubi de δυσβουλίᾳ Atheniensium agitur, id inprimis commemoratur ὅταν νήφωσιν i. e. ἐνθυμούμενοι, talia eos consulere, qualia μεθύσκοντες; contra saepe μεθυομένων βουλεύματα in bonam partem evenire.

v. 605. πενίᾳ δράσει codd.

Schol. R. ἐν πενίᾳ δράσει: οὐδεὶς αἰσχρὸν τι δράσει παρακειμένων ἀφθόνως ἁπάντων.

Quae explicatio ad lectionem dumtaxat codicum quadrat, cum ipsam causam schol. afferat, cur nemo paupertate coactus iam aliquid horum, quae supra commemorabantur, facturus sit. — Causam corrupti lemmatis patet in praecedente οὐδὲν per dittographiam latere.

v. 753. μετοικιζόμενος codd.

Schol. R. μετοικίσαι θέλων.

Legisse videtur μετοικισόμενος, quod eo magis in textum reponendum esse censeo, cum in proximo versu participium futuri legatur.

1101. ἔχουσαν λήκυθον codd.

Schol. R. Φρύνη ἀρχαία γυνή. οἱ δὲ ῥυτὶς, λήκυθος δὲ ᾠδηκυῖα.

Scholium aperte corruptum est. Possit quidem videri lectio ῥυτίδα tractari, cum scholiasta dicat: οἱ δὲ ῥυτίς. Sed si scholium sic reficimus: ἡ δὲ λήκυθός ἐστι ῥυτὶς διῳδηκυῖα, omnia recte se habent.

Plutus.

(Scholia praebent R. V. Θ. M. complures Britann.)

v. 29. εὖ οἶδ' ὅτι codd.

Schol. R. V. cett. ἀλλ' ἣν πύθησθε μ' ὅστις εἰμ' ἐγω:

Apparet, scholiastae a libris suis non εὖ οἶδ' sed ἐγῷδ' esse oblatum.

v. 101. ἐξόμεσθα codd.

Schol. R. V. cett. ἀντεχόμεσθά σου, ἐπειδὴ Πλοῦτος εἶ.

Scholiasta cum in paraphrasi utatur praesenti tempore, videri potest etiam in textu hoc habuisse. Sed cum id recipere

sit ineptum nec scholiasta Ravennatis quemlibet calami lapsum notis suis propagare soleat, ipsum scholium corrigendum erit.

v. 146. τῷ πλουτεῖν Codd.

Schol. V. ἅπαντα τοῦ πλούτου ἐστὶν ὑπήκοα καὶ ὑποτεταγμένα.

Verisimile videtur, etiam in textu genetivum τοῦ πλουτεῖν olim locum habuisse, cum praesertim apud Atticos ὑπήκοος saepius cum genetivo iungatur, quam cum dativo.

v. 148. 9. ἔγωγέ τοι διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον
δοῦλος γεγένημαι διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως.

Schol. R. δοῦλος γεγένημαι: πρότερον ὢν ἐλεύθερος.

Intuentibus nobis accuratius textum huius loci, qualem traditum accepimus, duplex διά, sine coniunctione ad unum idemque verbum appositum, mirum videbitur. Accedit, quod διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον et διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως sensu non ita inter se differunt, quin alterutro facile carere non modo possimus sed etiam velimus. Denique ille usus adverbii ἴσως, quo cum ὁμοίως aequatur, quemque hic deprehendimus, apud Atticos opinione rarius occurrit. Iure igitur illud διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν suspectum videtur. — Iam si explicationem scholiastae ad δοῦλος γεγένημαι adscriptam πρότερον ὢν ἐλεύθερος una cum lemmate recitaverimus, facile animadvertimus trimetrum evadere iustum ac legitimum. Quocirca conicio διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως explicationem esse verborum διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον, quae cum casu quodam in textum migrasset, genuinum illud πρότερον ὢν ἐλεύθερος extrusisse videtur. Hoc igitur in textum reponi, illud eici iubeo, quo facto molesta illa repetitio causae et durum asyndeton tollitur, vis autem sententiae magis effertur, nam πρότερον ὢν ἐλεύθερος cum summa acerbitate oppositum est verbis δοῦλος γεγένημαι.

v. 505. 6. οὐκοῦν εἶναί φημ' εἰ παύσαι (παῦσαι R., παύσει V. cett.) ταύτην (vulgo ταῦτ' ἦν, V. ἂν) βλέψας (βλέψῃ V. alii) ποτ' ὁ Πλοῦτος, ὁδὸν ἥντιν' ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθ' ἂν μείζω πορίσειεν;

Primum quae meliores libri praebent scholia videamus:

V. cett. κακόμετρος οὗτος ὁ στίχος· ἐν ἐνίοις δὲ καὶ ἄμετρος. Haec verba ad lectionem: οὐκοῦν εἶναί φημι παύσει etc. spectant. (κακόμετρον autem appellat, quia totus ex spondeis compositus est).

Deinde quae R. V. cett. praebent: οὐκοῦν (οὔκουν V.) εἶναί φημι ὁδὸν ἑτέραν, ἣν βαδίσας τις ἀγαθόν τι μεῖζον (quod codd. V.) τοὺς ἀνθρώπους ἐργάσεται (-ηται V.). λέγει δὲ δεῖν τὸν Πλοῦτον ἀναβλέψαι ποιῆσαι. ἐὰν δέ τις προσθῇ τὸν καί, ἵσταται ἡ φράσις· οὐκοῦν ἣν βλέψῃ ποτε ὁ Πλοῦτος, φημὶ εἶναι ὁδόν, ἥντινα ἰὼν παύσει ταῦτα καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθ' ἂν μείζω πορίσειεν,

haec qui scripsit, legisse videtur, quod Hemsterhuys coniecit: ἥν τις ἰών, quibus verbis respondent scholiastae ἣν βαδίσας τις. Num singulari numero ἀγαθόν τι μεῖζον aliquid tribuendum sit, incertum est. Deinde dicit scholiasta, καὶ addi a nonnullis. Quo facto παύσει et πορίσειε coordinarentur, esset igitur scribendum παύσαι; obiectum commune esset ἥντινα, εἰ esset delendum. Haec perturbatio versuum tanta est, ut quales denique olim fuerint, statuere non possimus.

Schol. R. V. cett. ἄλλως. τὸ οὐκοῦν ἀποφαντικόν (R.: ἀποφατικόν) ἐστιν, ὅτι, ἐὰν βλέψῃ ὁ Πλοῦτος καὶ παύσῃ τὴν Πενίαν, οὐκέτι κακοδαιμονία εἴη. Hoc scholion plane cum textu, qualem R. habet, convenit, nam ἣν βλέψῃ καὶ παύσῃ τὴν Πενίαν optime explicant verba textus: εἰ παύσαι ταύτην βλέψας π. ὁ Πλ. —

τὸ δὲ ἑξῆς· οὐκοῦν εἶναί φημι ὁδόν, ἥντιν' ἰὼν ὁ Πλοῦτος βλάψει (corr. βλάψαι) ταύτην καὶ τὰ ἀγαθὰ μείζω πορίσειεν. Habemus iterum καὶ illud, quod supra commemoravit scho-

liasta; qui vero haec scripsit, plane idem cum priore illo interprete legisse videtur, nisi quod *ταύτην* cum Ravennate commune habet.

Iam ut ad scholiorum, quae in recentioribus libris leguntur, auctores transeamus, primum qui haec dedit: *ὁ νοῦς· οὐκοῦν εἰ παύσει ταῦτα ὁ Πλοῦτος, ἤν ποτε βλέψῃ, φημὶ εἶναι ὁδὸν, ἥντιν᾽ ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθ᾽ ἂν μείζω πορίσειεν*, is nihil aliud quam quod vulgata exhibet, in suis invenit, deinde qui haec scripsit: *οἱ γράφοντες φημὶ δίχα τοῦ ἄρθρου τοῦ ἥ στοχάζεσθαι τῶν μέτρων οὐ δοκοῦσιν ἀκριβῶς*, idem tangit, quod qui supra *ἄμετρον* versum esse notavit. Tum qui pergit: *τὸ ἑξῆς οὕτως ἔχει· οὐκοῦν εἶναί φημι ὁδὸν ἥτις παύσει ταῦτα, ἣν βαδίσας τις ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις πορίσειεν.· ἡ δὲ ἐστὶν, ἢν βλέψῃ ποθ᾽ ὁ Πλοῦτος*, is ante oculos habuit:

οὐκοῦν εἶναί φημί ἥ παύσει ταῦτ᾽ ἤν βλέψῃ κ. τ. λ.
ὁδὸν ἥν τις ἰὼν κ. τ. λ.

In hac lectione facillime *καὶ* illud addere possumus, quod supra tantas turbas excitabat: *ὁδὸν χἥντις ἰὼν* scribendo. Ac fortasse credibile est, scholiastas errasse, cum illi versuum formae *καὶ* insererent, quod in hac tantum legebatur.

Denique schol. rec. qui scripsit: *οἱ πολλοὶ δὲ λαμβάνουσιν ἔξωθεν τὸ γὰρ πρὸς τὸ φημί. οὐκοῦν παύσει ταῦτά ποτε ὁ Πλοῦτος, ἢν βλέψῃ· φημὶ γὰρ εἶναι ὁδὸν, ἥντιν᾽ ἰὼν πορίσειε τοῖς ἀνθρώποις μείζω ἀγαθὰ*, haec legisse videtur:

οὐκοῦν εἶναί φημι παύσει ταῦτ᾽ ἤν βλεψῃ κ. τ. λ.
ὁδὸν ἥντιν᾽ ἰὼν κ. τ. λ.

v. 1153. *στροφαῖον* Codd.

Schol. V. cett. *στροφὸν, ἐπεὶ στροφοὶ λέγονται οἱ συμπεπληγμένοι λόγοι καὶ δολεροί.*

Inde videri possit lectio scholiastae *στροφὸν* fuisse, nisi forte, quod verisimilius videtur, in ipso scholio *στροφὸν* ex *στροφαῖον* corruptum est.

Hae igitur fere fuerunt, quas in explicationibus scholiorum aut a textu codicum aut ab ipso lemmate discrepantes invenio, quoad quidem aut paulo altius absconditae aut saltem ab aliis nondum prolatae mihi videbantur. Neque tamen ubique aliquid novi me allaturum esse sperare potui, nam quod huic latet, illi patet, et iam dudum fortasse, quae ego investigasse mihi videor, magnam partem a viris doctis, qui haec legent, perspecta sunt, quin etiam fieri potuit, ut criticorum de eisdem rebus eaedem opiniones in Actorum vel Annalium philologicorum singula volumina dispersae passim me fugerint.

Atque illud quoque monere liceat, quod, ne secus accipiatur, timeo; si dixi, me numerum variarum lectionum in explicationibus scholiorum latentium collecturum esse, ipse probe scio, hoc non ultra, quam vires et nervi animi mei patiantur, contingere posse et contigisse. Ea autem quae ipse intacta reliqui, ingeniis doctiorum et sagaciorum remitto, satis contentus, si aliorum animos denuo ad has quaestiones advertero.

Vitae descriptio.

Ego, Carolus Gustavus Guilelmus Otto Lange a. d. XI Cal. Sept. anni MDCCCL Sundiae patre Carolo mercatore natus et fidei evangelicae addictus, postquam inde a nono aetatis anno in disciplina gymnasii Sundensis versatus anno MDCCCLXVIII paschali tempore testimonium maturitatis adeptus sum, in universitatem Gryphisvaldensem me contuli, ut antiquis literis operam darem. Ibi cum per duo semestria scholis Virorum Doctorum Schoemanni, Buecheleri, Preuneri, Wieseleri, Vilmari affuissem, Berolinum transmigravi, ubi studia mea per duos et insuper annos exercui audiendo scholas Hauptii, Kirchhoffii, Droysenii, Trendelenburgii, Micheleti, Werderi, Geppertii, Kiepertii, Müllenhoffii, in cujus societatem Germanicam ascriptus sum, aliorum. Iam ad examina absolvenda Gryphisvaldiam reversus omnibus his viris doctis ut quicquid in litteris profeci, libenter acceptum refero, ita pio et venerabundo animo gratias debitas ago.

Sententiae controversae.

1. In Aristoph. Ecclesiazusarum v. 96 pro ὑπερβαίνουσα legendum esse propono: ὑποξαίνουσα.

2. In Soph. Oed. Col. v. 154 ἵνα servari posse nego.

3. In eiusdem fabulae v. 48 assentior Martini coniecturae ἐξειδῶ.

4. In Soph. Electrae v. 686 codicum lectio: δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα non est servanda.

